



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

137. An accusatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione? Et an propter malam famam apud bonos viros talis inegibilis sit? Ex part. 10. tractat. 13. & Misc. 3. resolut. 32.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

Non nego tamen, quod si Elector est dubius de indignitate personae eligendae, potest se cum timoratis Dei conformare: at si est omnino certus de indignitate, nequaquam debet enim indicare, illos non habere eam certitudinem de indignitate eligendi, quam ipse, sed potius contrariam.

RESOL. CXXXVII.

An accusatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione?

Et an propter malam famam apud bonos viros talis ineligibilis sit? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 32.

§. 1. **A**D hoc dubium etiam respondet Peyrinus de Subdito, tom. 1. q. 1. c. 31. §. 9. Dico quartum, accusatus de aliquo delicto non est capax electionis. Nauarr. lib. 5. conf. de accusat. conf. 6. Rodriq. in Summa, c. 105. n. 2. Probat, quia in potestate vnius maleuoli, inuidi, & amici esset meritissimos viros à promotione ad dignitates, maxime, quae per concursum dantur, ablegare. Id tamen debet intelligi, modò accusatus non sit generatus apud bonos viros de tali peccato; nam hoc casu propter malam famam ineligibilis esset, vt habetur c. Omnipotens Deus, de accusat. & docet Naldus in sum. verb. Infamia, n. 1. & Molfesius, tom. 1. Summ. tract. 6. n. 29. & 30. Huc vsque Peyrinus.

2. Sed hoc vltimum non admittit Leandrus à Murcia in c. 8. Regul. Sancti Francisci, c. 12. n. 10. vbi sic ait: [Pace istorum DD. esta doctrina no la tengo por verdadera, porque la infamia aun no haze, ni vale por vn testigo mayor de toda exception, como lo ensñan Lessio de instit. & iur. lib. 2. c. 29. dub. 16. n. 146. y Portel verb. Correctio Fratrum, n. 35. ni haze semiplena prouaça para que alguno pueda ser juzgado, ni prouea en manera alguna, sino solo firme, y haze officio de acusador, abriendo camino al juez para que pueda proceder à la inquisicion especial, como lo determina el Derecho in cap. Tua nos, de cohabitatione Cler. & mul. leg. 3. §. Testibus ff. de Testib. & c. Testes, §. Alia est fides, 4. q. 3. & c. Præterea, vbi Abbas n. 3. de rescriptis, Bartolus in l. de Minore, §. Tormenta ff. de qu. & in l. Proprietatis, C. de probationib. & c. Tam litteris, de Testib. & leg. Decurionum, C. de pen. Parisius conf. 10. n. 9. lib. 2. Decius conf. 54. col. 2. versic. Sic etiam, Valascus consult. 176. n. 7. Luego no deuen fer repelidos de la eleccion, los que solo estan infamados de algun delito, porque la dicha infamia no puede seruir de prouea alguna; assi esta acusadoo con infamia, no es mas, que tener dos acusadores: pero no prouea contra si, por quanto, como queda prouado, la infamia solo firme, y haze officio de acusador; pero ni lo haze ni le puede hazer de testigo; y assi el acusadoo con infamia, no tiene prouea alguna contra si; pues que razon ay para que sea condenado real y efectiuamente, no dexandole concurrir? Y se confirma, porque como ensñamos en el c. 8. n. 8. no basta el dicho de vn testigo para repeler à vno de la eleccion, aunque iure que inhabil: la infamia no prouea tanto como vn testigo; luego mucho menos podrá serlo por ella. Item, porque como diximos en el cap. 9. en el n. 11. para que sea vno repelido de votar en la eleccion, se requiere que sea vltimamente conuencido, y que se proceda juridicamente en la causa, el que solo està acusadoo, aunque tenga contra si la infamia, no solo no està conuencido, pero ni tiene semiplena prouança contra si; luego no deuen fer repelido de la eleccion: ni conuenne lo contrario el cap. Omnipotens Deus. De accusationibus, que alega Peyrinus por su sententia, porque alli habla el texto, en caso que pueda auer lugar, para que antes de la eleccion, el acusadoo, y infamado se pueda purgar, y prouar su ifocencia como consta clara ente del texto que manda que se haga assi, con aquellas pa-

labras: Cum antea requiri, & discuti debeant: pero quando el caso es tan apretado, que no ay lugar de hazer estas prouas, porque la eleccion se ha de hazer; luego no puede ser repelido el assi causado, aunque està infamado, si no està conuencido iuridicamente: porque en caso de duda, es mejor la condicion del que posee su derecho para la eleccion, como realmente le posee el assi acusadoo. Ita Leandrus.

RESOL. CXXXVIII.

An si electio remaneret apud duos, vnum alterum eligere possit?

Et quaritur, an aliquis possit seipsum eligere, cum saculus eligendi pluribus commissus est?

Et tota doctrina huius Resolutionis est valde notanda pro praxi: vbi etiam breuissimè deducitur, quod qui voci actiua renunciat, remanet priuatus passiuus.

Et inferitur: quod in dubio actus debet interpretari validus. Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 33.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam tenet noster doctus Pater Pasqualigus, decis. 253. n. 4. & penes ipsum Ancharanus in c. Nullus de Elect. Paulo de Eleazaris ibid. n. 13. tom. 2. Reperit Ioannes Andreas in Reg. In toto de reg. iur. in 6. Panormitanus p. 2. conf. 25. nu. 1. Biax in Direct. Elect. p. 3. c. 23. n. 3. Boich. c. Quia propter de Elect. n. 1. Tufchus lit. Es concl. 72. & 78. Sigismundus de elect. & potest. Prælat. p. 1. c. 3. dub. 24. n. 5. & alij. Hoc autem potest contingere, si vnus vtatur eligendi potestate, & alter cedat iuri suo eligendi; tunc enim ille hunc eligit, vt docet Ancharanus vbi supra, & Eleazarus n. 13. & hic consentiet electioni suæ. Hic autem erit electus à toto Collegio, quia licet ad Collegium constituendum requirantur plures, potest tamen ad vnum deuenire, & tunc residet in illo tota potestas Collegij. Secundo modo potest contingere, si vnus ab alio palam eligatur, & electus consentiat suæ electioni, & hoc pacto augeat numerum: in hoc enim casu seruat id quod ius præscribit, cap. Quam 18. q. 1. Quod videlicet electio debeat esse concors, non enim esset concors, si electus in alium consentiret. Vnde talis electio erit à toto Collegio. Quod autem consentiendo suæ electioni possit augere numerum, pater, quia non incipit ipse vnus electionem, & proinde non est ambitiosus, sed ab alio incepram complet. Ex his colligitur, ait Pasqualigus, quod in nostra Religione Clericorum Regularium Theatinorum potest sequi electio Canonica vocalis Capitulo Generali interfuturi: etiam si Electores ad duos tantum reducantur; quia licet prior modus non habet locum; quia qui voci actiua renunciat, remanet etiam priuatus passiuus, vt habetur p. 3. Decret. c. 1. n. 2. & 3. habet tamen locum posterior modus: nam vnus potest alteri suffragari, & iste electioni suæ consentire, & electio erit canonica, vt iam patet ex dictis. Quod præsertim habet locum, qui iuxta Constitutiones huius Congregationis p. 3. c. 1. verb. Nulla electio, &c. permittitur vnicuique in electione huiusmodi accedere ad seipsum, dummodò ante scrutinium omnes, & singuli Electores in id consentiant. Et Constitutiones huiusmodi confirmatae sunt à Summis Pontificibus cum amplissimis clausulis, & derogationibus omnium, quæ ipsis obstat possunt. Et ideo post Pasqualigum, & Alios Doctores vbi supra, hanc sententiam tenet ex nostris Pater Vidal in Arca Theol. mor. rit. de elect. Inquis. vnica per totum; in qua latè, & doctè probat canonicam electionem fieri posse inter duos, vt aliquando efficitur in nostra Religione inter duos vocales tantum per accessum ad seipsum. Et ex variis rationibus probat latè, vt dixi, & solide quod Capitulum secundum ius canonicum subsistere legitime potest in duobus

Ad firmandam doctrinam huius Resol. tom. 9. ar. 7. lege Doctrinam Resol. Per totum.